UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flos Pietatis Matutinæ, Diurnæ, Vespertinæ

Monasterii Westphaliæ, [ca. 1735]

Praxis respondendi Sacerdoti ad Aram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46598

Visual Library

PRAXIS.

Reſpondendi ad aram facienti.

S*Acerdos*, Introibo ad altare Dei.
Miniſter, Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

S. Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non Sancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.

M. Quia tu es Deus fortitudo mea? quare me repuliſti & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus.

S. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem Sanctum tuum, & in tabernacula tua.

M. Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat Juventutem meam.

S. Confiteor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

M. Spero in Deo, quoniam adhuc adhuc confitebor illi; ſalutare vultûs mei, & Deus meus.

S. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

M. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæculâ ſæculorum, Am.

S. Introibo ad altare Dei.

M. Ad Deum, qui lætificat Juventutem meam.

S. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Signant ſe quoque Miniſtri.

M. Qui fecit cœlum & terram.

S. Confiteor Deo, &c.

Dominum Deum noſtrum.

M. Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

S. Amen.

De miſſo non nihil capite.

M. Confiteor *Deo* omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaëli Archangelo, Beato Ioanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & tibi Pater: quia peccavi nimis Cogitatione, ver-

bo

bo & opere; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper Virginem, Bearam Michaëlem Archangelum' Beatum Ioannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater: orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

S. Miſereatur veſtri, &c.

vitam æternam.

M. *A*men.

S. Indulgentiam, abſolutionem. & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus.

Signant ſe quoque ſervientes.

M; Amen.

S. Deus tu converſus vivificabis nos.

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

M. Et ſalutare tuum da nobis.

S. Domine exaudi orationem meam.

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Do-

S. Dominus vo vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Kyrie eleiſon.
M. Kyrie eleiſon.
S Kyrie eleiſon.
M Chriſte eleiſon.
S. Chriſte eleiſon.
M. Chriſte eleiſon.
S. Kyrie eleiſon.
M. Kyrie eleiſon.
S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.

Si dicat.

S. flectamus genus.
M. Levate.
S. Per omnia ſæcula ſæculorum.
M. Amen.

In fine Epiſtolæ.

M. Deo gratias.
S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Sequentia S. Evangelii. &c.
M. Gloria tibi Domine.

In

In fine Evangelii.

M. Laus tibi Chriſte.

S. *Dominus* vobiſcum.

M, Et cum ſpiritu tuo,

S. Orate Fratres.

M. Suſcipiat *Dominus* Sacrificium de manibus tuis, ad laudem, & gloriam nominis ſui, ad utilitatem quoque noſtram, totiuſq; Eccleſiæ ſuæ Sanctæ.

S, Per omnia ſæcula ſæculorum.

M, Amen.

S. *Dominus* vobiſcum.

M. Et cum ſpiritu tuo.

*S*i Surſum corda.

M. Habemus ad *Dominum*,

S. Gratias agamus *Domino Deo* noſtro.

M. *Dignum* & juſtum eſt.

S. Per omnia ſæcula ſæculorum,

M, Amen.

S. Et ne nos inducas in tentationem.

M. Sed libera nos à malo.

S, Per omnia ſæcula ſæculorum,

M. Amen.

S.

S. Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Per omnia ſæcula ſæculorum.
M. Amen.
S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Ite, Miſſa eſt.
M. Deo gratias.

In Sacro pro defunctis.

S. Requieſcat in pace.
M. Amen.
S. Benedicat vos omnipotens & miſericors Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.
M. Amen.
S. Dominus vobiſcum.
M. Et cum ſpiritu tuo.
S. Initium, vel ſequentia ſancti Sancti Evangelii ſecundum
M. Gloria tibi Domine.

In fine Evangelii.

M. Deo gratias.